Ab¯u-Masar Gafar Ibn-Mu.hammad ; Engel, Johann [Editor]; Johannes <Hispanus> [Transl.]: De magis conjunctionibus annorum revolutionibus ac eorum profectionibus octo tractatus Albumasar. Johannis Angeli correctione

Augsburg: Erhard Ratdolt, 31. März 1489 

Poſtq̄ igitur premiſimus in differētia quinta qualiter ſciaſ eorum natura. tractandum ergo eſt in hac differentia que ſit cauſa que ſignificat detrimēta eorum. Dicamus ergo ſi ſcire voluerimus illud: conſiderabimus anni aſcendēs eleuationem eorum ſignificatorū. Q ſi fuerit in domibus ♄ ſignificat illud qđ eſſe eorum quod timetur erit per cauſas frigiditatum humiditatum ⁊ fluxus ventris: et precipue ſi fuerit in capricorno. Et ſi fuerit in ♒ erit per cauſaſ frigiditatum ⁊ ventoꝝ Et ſi fuerit in domibus ♃ ſignificat ꝙ mors eorum erit mors bona. et ſi fuerit in ♐ per cauſam caloris ⁊ humiditatis ſicut apoſtemata et his ſimilia. Et ſi fuerit in domibns ♂ per cauſam caloris. et ſi fuerit in ♈ egritudines plus erunt eis in capitibuſ. Et ſi fuerit in ♏ erit cum calore ⁊ humiditate: ⁊ erunt egritudines in inferioribus eorum partibus. Q ſi fuerit in domibus ☉ ſignificat ꝙ egritudines eorum erunt per cauſas calorum ⁊ ſiccitatum ⁊ vehementius illo ſi ☉ erit infortunatus a ♂. Et ſi fuerit in domibus ♀ erit illud per cauſas medicinarum ⁊ venenorum ⁊ quicquid erit inde feſtiuum Et ſi fuerit in ♉ erit cauſa frigiditatis ⁊ ſiccitatis per cauſas beſtiarum. ⁊ ſi fuerit in ♎ per calorem ⁊ humiditatem ex parte dolorum gutturis: ⁊ precipue ſi fuerit ♀ in ♈. Et ſi fuerit in domibꝰ ☿ ⁊ precipue in ♊ erit illud per cauſam caloris ⁊ humiditatis ⁊ doloris epatis ⁊ freneſis ⁊ horum ſimiliū: ⁊ amiſſionis ſenſus. Et ſi fuerit in ♍ per cauſam deſtructionis epatis ⁊ fellis ⁊ viſcerum. Et ſi fuerit in domo ☽ per cauſam frigiditatis ⁊ hum:ditat( ⁊ oportet vt cōmiſceas planetas ipſum conſiderantes ⁊ iudicētur ſm illud Nam ſi planete conſiderantes ipſum fuerint conuenientes his que prediximus erit verioris ſigni ſignificationis. Et ſi non fuerint conuenientes poſt miſceatur natura planetarum ipſum aſpicientium et iudicetur ſm ipſum. Et quia auxiliante deo iam explicauimus quod exponere voluimus. perficiamus ergo differentiam ſextam ſecundi tractatus.

¶ Differentia ſeptima in ſcientia qualitatis detrimenti eorum ⁊ diei in quo erit ⁊ ad quem conuertetur regnum poſt eos.

Poſtq̄ ergo premiſimus in differentia ſexta ſcientiam quititatis cauſe eorum. tractemus itaq̄ in hac differentia qualitates detrimentorum eorum et diei in quo erit et ad quem conuertetur regnum poſt eos ⁊ guerrarum que accidunt ex eis. Cum ergo affectatur illud ſcire conſideraſ in aſcendente reuolutionis anni in qno eleuauit ſe eleuans vſq̄ ad locum ♄ ⁊ ♂: ⁊ ſi ♂ ɔiunctus ♄ aut continuatus ei ex quadratura aut oppoſitiōe aut aſpexerit eum aliquo aſpectu ſignificat interfectionem eius: ⁊ precipue ſi ♂ non fuerit receptus a ♄ ⁊ fuerit debilis in loco ſuo. ꝙ ſi fuerit ♄ rece-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-360/0034
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG